57

Santissimo D[omi]no N[ost]ro

Pro

Orato e suæ Maiestatis Catholicæ

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI GENOVA

Montenegro 76

Beat.me Pater.

Summa benignitas qua me S.V. excipere ad pedum humillima oscula dignata est pro dilecto filio Vestro Philippo, Rege Catholico Oratoris munere fungentem prompta quoque uoluntas mihi humanissimè significata, non solum audiendi, sed etiam legendi, quæ de commisso mihi grauissimo negotio isto proponenda uerbo, uel scripto iudicarem animum mihi addit, ut hæc potissimum in præsentia, quam breuissimè considerando V.B. maxima qua possum, et humilitate, et efficacia offeram.

Res est hæc B.P. ualdè magni momenti toties, et á Summis Pontificibus prædecessoribus uestris, et á Concilijs tractata cum tanta semper ad præseruationem S.mæ V. ab originali peccato propensione, tum illorum, tum totius populi Christiani paucis admodum exceptis: qui quod tolerari se uident contrarium opinando, nec idem sapere, ac sentire, uniusque moris esse in domo Dei hac in parte uolunt communem pietatem, non parum turbant, ipsiq. uicissim non leues molestias pati coguntur.

Periclitatur nonnihil etiam auctoritas Apostolicæ Sedis, quam constat sensum, ac intentionem suam satis declarasse festo indulgentijs approbatione ordinis cuiusdam Religiosi sub nomine immaculatæ Conceptionis, nec tanti ab ijs æstimari uidetur, qui certi sunt se si saperent, et sentirent cum coeteris rem per gratam facturos, et Ecclesiæ Vniuersæ á qua dissentiunt, et Supremo Pastori, cuius apud perfectos obedientiæ filios soli etiam nutus sufficere deberent: Et quia ratione, ac auctoritate duci se ijdem putant, soliusq. obsequio fidei captiuationem intellectus sui reseruant, Imò ex ipsis nonnulli non uerentur errorem in opinione communi de conceptione immaculata admittere saltem materialem, non solum nunc, sed et quauis alio quocunque modo, quam per definitionem de fide decernatur ad prouidentiam curæ uestræ Pastoralis pertinere prorsus censetur tam grauis eorum Erroris, et peccati occasione præuidere, denique tot scandalis finem imponere quod absque definitione de fide fieri nõ posse. dominicani duo grauissimi, doctissimiq. Turrecremata, et Caietanus in scriptis suis ad Conciliũ Basiliense, et lateranense affirmare non dubitauerunt utq. dicto modo definiretur instantissimè postulauerunt. Tridentinũ quidem ultimũ Concilium hac definitione abstinuit declarando tamen simul intentionis suæ non esse decreto suo de originali peccato, quod ab omnibus contrahatur, qui descendunt ordinaria uia ab Adam quosque Aplus in eo peccasse scribit comprehendi. Constitutiones autem Sixti IV. innouando, sed quoniam ab eodem Concilio pronunciatum est credere Ecclesiam quod B.ma Maria Dei Mater non peccauit uenialiter: quæ res longè minus præiudicat Sanctitati, ac dignitati eius, quam originale peccatum: præterea quia occupabatur tunc in controuersijs urgentioribus utebatur, quæ opera non paucorum doctorum ex ea familia quæ oppositam sententiam tuebatur, nec iudicabat eo tempore illam inquietandam, sed oportunius ad hoc tempus ad definiendum expectari oportere: alia uero ex parte ut dictum est satis declarauerat, quid potius mallet, nempè, ut fideles in sententia pia de immaculata conceptione persisterent: his inquam, et alijs de causis cum maior nunc quam alias, et utilitas, et necessitas sese offerat aduenisse demum tempus uidetur, ut pro sua potestate S.V. decernat, atque definiat. Nam aut id non posse definiri asserere, ut quidam docent ex opinionis contrariæ Sectatoribus apertissimè repugnat Sixti IV. Pij V. Alex.ri VI. conc. Trid. ac V.B. decretis aut affirmare non posse nisi conuocato Concilio, derogat plurimum Chri promisso, ut non deficiat fides Vicarij sui et præcepto, ut pascat

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Oues, Agnosq: et est contra experientiam non nullorum prædecessorum uestrorum, qui et
ipsi per se condemnauerunt, et res credendas de nouo proposuerunt. Quod ipsum hoc m
tempore à Vs fieri expedit: maximè et aduersus eos, qui Catholici dici uolentes, concilij auc
uestræ præferunt, et aduersus Hereticos qui nuper in confessione Scotica, cui præerat B
Rex. Nunc cum ageretur apud B.V. de hac re ausi sunt articulum condere quod Deipara no
concepta, sed et nata in originali peccato cunctorum aliorum Hominum more sit: Ad
exigit hoc, quod Catholicus Rex, et omnes Principes, Religiones cunctæ academiæ uniuers
tota (demptis paucissimis) deuotissimè ac enixissimè flagitant singularis S.V. in Regina
Terræq. pietas: et quod alio supplici libello attigi requirit id Ecclesiæ multis in locis dura
calamitas, cui spes est ab eadem pijssima matre opem affuturam, perinde, ut eam in sir
sione experti sunt Urbanus II. et VI Innocentius IV. Paulus II. Calixtus III. et alij
festiuitates, et cultus in eiusdem honorem instituendo. Quamuis porro à tot iam ann
quæstio ista est. Ut de ueritate, nec passim alij nec Stas ipsa V. ambigat, nihilominus ut co
quoque sentientibus plenè satisfiat, et ne ullo unquam tempore queri possint se auditos non
B.V. Virorum grauium, et doctorum, quorum in hac Curia copia non deest, adhibere consili
ferant poteritne præsens misterium definiri, an satis argumentorum suppetat, ut defi
an expediat definitione nunc terminari. Confirmabit sine dubio Deus consilium is
pro eius qui Veritas est, matre non dubitamus futurum per Vicarium suum, tribu
ut speramus secundum cor nostrum, atq. iudicante S.V. in fauorem Matris Dei, fau
pijs desiderijs uestris cunctas in uniuerso mundo Hæreses inseuimendo, moresq. prau
gendo, uobis autem post Beatitudinem in terra æternam in Coelo impetrando.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA